



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 1. Joannes Hussus in quadam arce custodiæ traditur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)



*Aurelianensis Virgo Franciae Liberatrix.*

*C. Reissig Cath. Sc. A. V.*

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ *L I B E R C I I L.*

GREGORIUS XII PAPA.

SIGISMUNDUS OCCIDENT. EMANUEL II.  
ORIENT. IMPERATORES.

## §. I.

*Ioannes Hussus in quadam arce custo-  
dice traditus.*

Postquam in Sessione V. de omnibus, *Sæcul. XV.*  
quæ ad prosequendam Joannis Hussi *A. C. 1415.*  
caussam necessaria videbantur, satis  
provisum erat, Commissarii hanc in rem *Vander  
Hist. Ecclesiast. Tom. XXVI.* *A nuper Hard tom. 4.*  
*pag. 66.*

**Sæcul. XV.** nuper electi nil intentatum reliquerunt,  
A.C. 1415. ut Huffum ad palinodiam permoverent;  
 eodem quoque tempore illius accusatores  
 plurima errorum produxerunt capita: Is  
 vero, licet in carcere detenus, adversa  
 conflictaretur valetudine, ad omnia ta-  
 men sigillatim respondit. Inde cum ad  
 publicum colloquium ab Imperatore (ut  
 inquietabat) sibi promissum admitti crede-  
 ret, spe sua delusus, ad novos carceres  
 transfertur; Ministri enim Pontificii, qui-  
 bus illius custodia in æde Franciscano-  
 rum demandata erat, Dominum suum  
 Scaphusiam secuti, claves carceris Impe-  
 ratori, & Cardinalibus (prout ipse Hus-  
 sus in quadam epistola jactitat) reddide-  
 runt, a quibus in Constantiensis Episcopi  
 potestatem traditus, hujus jussu in arcem  
 Gottlebiensem trans Rhenum haud pro-  
 cul ab urbe dissitam, deportatus est, dili-  
 gentiori custodia detinendus, donec ju-  
 dicii acta adversus eum plene instrueren-  
 tur.

## §. II.

*Hieronymus Pragensis Constantix.*

**Æn. Sylv.** Sub idem tempus Hieronymus Pragen-  
**Europ. c. 26.** sis Constantiam venit; Incertum, cur  
 Joannem Huffum in itinere comitatus  
 non fuerit, cum tamen Historicorum te-  
 stimonio constet, ipsum Amico suo prius  
 abeunti